

...m. biogr.
m

355

IN PRÆMATVRVM OBITVM ILLVSTRIS:

HEROIS AC DOMINI: DN. MELCHIORIS à REDERN, BARONIS ET
Equitis aurati in Friedlande/Reichenberg & Seidenberg/&c. Sac. Cæf. Maiest. nec non Sereniss. Austriæ Archidd,
MATTHIÆ & MAXIMILIANI supremi Consiliarij & Ducis bellici: laurini præfecti, &c.

Qui omnibus militiae officii summa cum laude perfunctus, nobiliss. ad Siseckium victoriâ obtentâ, Varadino in gra-
vis. obsidione summa fide & virtute servato, multisq; alijs, adversus nominis Christiani hostem præclare gestis rebus clariss. in supremo
tandem vix dum aditus totius Christiani exercitus imperio, post Pappam feliciter ex perfidorum Wallonorum manibus recuperatam, ager Viennam regressus,
ingravescente dein morbo, presentissimamq; mortem intentante, domum tendens, in medio itinere, non sine insigni resp. Christiana iactura
& dolore piè & placidè expiravit Prode Teutonica, Anno 1600. 20. Septemb. Horâ V. matutinâ.

Antiquiss. familiae à SALTZA in Eberspach/&c gravissimè hanc opt. & prox: Dn. & Cognati sui mortem ferenti:
S A C R A.

Cum subit illius tristissima noctis imago,
Quæ postrema tibi Dive REDERE fuit,
Virtutesq; tuas, & fortia facta revolve,
Quæq; Deus per te fecit in orbe suis:
Non fero, quin doleam, planctusq; & voce dolore
Testes, & ex oculis lacryma multa cadat.
At simul hanc Vitam intueor, Vitzq; labores:
Quæq; parata illic ocia, quæq; Salus:
Hæreo: nec facilè hic mecum concludere possû,
Deploremne tuam gratuler anne necem.
Audio quid dicas: procul ô procul omnis ab-
Luctus, ais: fortè non decet ille meâ. (esto
Vixi, & quem dederant cursum mihi fata, peregi:
Nunc placidè in Christi mète quiesco sinu,
Permissusq; pijs Heroibus, altitonantis
Conspectusq; fruor, colloquiosq; Dei.
Hic demû, hic habitare bonû est, hic summa Volu-
Huc, quicunq; cupis gaudia vera, Veni. (ptas,
Nunc iterum amissos aspecto lætus amicos:
Hic avus, hic quotquot sustulit atra dies.
Quam juvat ah notas audire & reddere voces:
Quam juvat ah sanctos hic reperire Patres.
Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Effari verbis gaudia nostra queam.
Illic cura, labor, morbi, & benè si quid agatur,
Invidia, insidiæ, gratia rara comes.
Hic dulcis requies, hic conversatio dulcis,
Hic amor, hic pax, hic præmia multa bonis.
Nec iam Persarum montes, nec si omnia regna
Me Dominum agnoscant, indigetentq; suû:
Sim tam stultus, ut hac tam grata sederelicta
Ad vestras optem posse redire domos.
Sic equidem sic tu nobis divine REDERE
De te, deq; tua conditione canis.
Et rectè: atq; hoc est, de quo tibi gratulor, ipsum.
Quippe eadem hæc etiam litera sacra docet.
At non hic tua res agitur tantum unius, æquè
Nec mors hæc aliis utilis, atq; tibi.
Multorum causa est: multis te vivere, multis
multis mors nimis illa gravis.
Atq; en ut miserè incedit cum conjugè Natus,
Teq; sibi ereptum, clamitat, ante diem.
En ut cognati lugent, en turba clientum
Subdita quam querulos fundit ab ore sonos:
Amissumq; suum gemit errabunda magistrum,
Ut pastore carens balat & errat ovis.
Occidit heu noster, clamât, Dominusq; Paterq;
Occidit heu nostrum præsidium, atq; decus.
Quid privata queror? deslet tua funera Cæsar:
Ipsa Salus publicæ flet moribunda rei,
Sublatumq; Ducem queritur, qui reliquus unus
Noverit adversus fortiter ire Scythas:
Cujus & in multis virtus sibi cognita bellis,
Cujus in adversis cognita sæpe fides.
Te columnen fulcrumq; vocat, te morte perempto,
Non dubitat, tecum quin simul ipsa ruat.
Nec temerè intentât præsentè cuncta ruinâ,
Nec jam, cui tutò fidere possit, habet.
Deplorabatur meritò Mansfeldius Heros:
At successorem repperit ille bonum.

Deplorabatur mors Schwartzburgensis: at ille
At successorem nactus & ille suum.
Tu quoq; Dive jaces, nulli virtute secundus:
Sed nunc successor quis tuus equis erit?
Nil jam quod felix, nil quod laudabile posthac
Speremus, tecum gloria cuncta jacet.
Fallor, an ad nostras accedit nuncius aures?
Eheu Canisium Turcicus ensis habet.
Scilicet hi fructus, hæc consecraria mortis
Illius, hei vanus non timor ille fuit.
Iam propior nostris iterum cervicibus hostis
Admissus, nostrum hei jam ferit ille caput.
O dolor, ô fraudes, ô perfida secla, futurum
Quid tandem ô cætu Christe benigne tuo?
Spes erat, hoc iterum tandem sub Samfone nostram
Constantinopolin regnaq; cuncta fore.
Spes erat, hoc tandem sub Cæsare funditus omnes
Audire extinctos hoc moderante Getas.
Iam tibi plaudebam Victori, jam tibi Cæsar
Fingebam titulos Dive RUDOLPHE NOVOS.
Iam dicebaris mihi Turcicus, inq; triumphos
Inq; tuas laudes ingeniosus eram.
Sed nihil invitis fas quenquam fidere Divis:
Fata negant, Turcis plusq; inimica favent.
Scilicet imperij fatalis terminus instat:
Scilicet interitum numina læsa parant.
Non deerant nobis Fabii, fortessq; Camilli:
Gratia cælestis prosperitasq; deest
Magnus erat bello Mansfeldius: at cito Divi
Irati hunc nobis eripuere Ducem.
Magnus erat bello Schwartzburgius: at cito fata
Invida & hunc nobis eripuere Virum.
Tu quoq; quid posses bello REDER inclyte, præter
Vardinum & Colapin Pappa recepta docet.
Te quoq; mox sed mox, adeoq; in limine summi
Imperii ex oculis Parca maligna rapit.
Nimirum hoc sceleris meruere piacula nostri:
Nimirum offensi nos premit ira Dei.
Christiades omnes volumus de nomine Christi
Dici: sed nemo quæ jubet ille facit.
Omnia doctrinæ facimus contraria Christi:
Lingua sonat Christum, Vitaq; corq; negat.
Forfitan & nimium humanis astringimus illum
Viribus, humanos suspicimusq; Deos.
Non ille expertis bello est astrictus & armis:
Cum vuls, Victores dat quoq; caula suos.
Miles erat Goliath, & formidabilis omni:
Hunc tamen imbellis straverat ille puer.
Terror erat cunctis Holofernes gentibus olim:
Hunc tamen imbellis femina fraude necat.
Nunc quoq; magne (tuo qui nostras lumine clades
Aspicias, & certis finibus ire jubes.)
Eripe nos miseros sævi de faucibus hostis,
Placatusq; tuum respice Christe gregem.
Hactenus heroas suspeximus, inq; canendis
Laudibus illorum quisq; poeta fuit.
Nunc cessant vires humanæ, nunc benè quicquid
Eveniet, fuerit laudis id omne tuæ.
Respiciet, pravam duntaxat homo exue mentem,
Inq; illum indubia mente fideq; Vide.



A L I V D.

Defunctus ad Suos.

Quid tantum insanû iuvat indulgere querelâ?
Quid stetit? quorsum tantus & ille dolor?
An quia discessit à vobis, dolet? huius, querelâ
Ad vestros vultus me revocare lares?
Nunc fata Deum stetit sperate querendo,
Qui semel hac venit, non redit ille domum.
An' adeo nova res mors est mortalibus? an non
Cunctos illa manet? non ea dulce lucrum?
Aut an defunctum nil amplius esse putatû,
Interitus miseret vosq; proinde mei?
Nunc mentem isthæc subeat sententia, veram
Nunc demum vitam & gaudia lætus ago.
At vos nunc planè desertos esse putatû,
Deserit quoniam cura fidesq; mea?
Non ita: commisi vos vestraq; cuncta Tonanti:
Hic vos curabit, vos reget atq; reget.
Vis modo non illum sceleratâ lingua vitâ,
Inq; illo indubiam figite corde fidem.
Mortuus at nimum forsitan cuit? quin moriuntur
Infantes, vixit, qui benè, satq; diu,
At manus poterat armis acquirere nomen?
Sat sum clarus ego, sat mea nota manus,
Quin etiam hoc, quod nunc manet indelebile, nostrum
Hoc una poteram perdere luce decum.
At tamen hoc corpus miserum, putridumq; cadaver,
Quodq; Caro sic sic vermibus esco, movet.
Ne moveat, malus ô sic exugatur oportet
Humor, ut hinc putus surgere possit homo.
Deniq; quid vultis? iam cum me mundus haberet,
Cogeret adversus miles & ire Scythas:
Tum quoq; ne fors me caperet gens Turcica, semper
Solicitè vobis causa timoris eram.
Hæc quoq; morte mea iam vos formidine totâ
Exolui, qui adhuc quis dolor ergo manet?
Tu modo chara, mihi super hac gratave quiete
Turba, & fac Deum hac te quoq; sede locet.

M. Bartholomæus
Stofchius Strelensis,
Sil. nobiliss. juventutis à
Saltza in Eberspach infor-
mator.

GORLICIJ Johannes Rhamba excudebat. Anno 1601.


100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

90
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300

Bitte hier einstampeln!

m

H. Gemin. begr. 330
(R.S.)



Red label on the spine, likely containing the title or author's name, though the text is illegible due to the image quality.

HIS